

fanaticis accenseri. Testor commercia, quae ipsi intercesse-  
runt cum Marco Stubnero, Storchio, Cellario, nec non Mun-  
zero. Ipse Voetius, in Disp. Sel. P. II. p. 117. largitur, *nimiam &*  
*imprudentem cum Anabaptistis quibusdam, forte tunc ipsi non satis no-*  
*vis, familiaritatem habuisse Carolo stadium.* Testor fanaticas, quas  
fovit sententias. Revelationes illum iactitasse immediatas, prae-  
ter Lutherum, scribant Matthesius, nec non Alberus, quorum  
deprecari testimonia, & auctoritates Voetius haud poterit, si Lu-  
therum *animo ob negotium sacramentarium in Carolo stadium nimis*  
*concitato* fuisse, fidemque haud mereri, forsan existimet. Stu-  
dia literarum reiecit. Iuramenta exigere noluit. Honores Aca-  
demicos detestatus est. Quorum illud diserta verba, quae ipse,  
matriculae, ut vocant, Theologicae ad an. 1521. inseruit, confir-  
mant. Hoc ex ipsius Carolo stadium ore audivit Lutherus, teste  
eadem matricula, ad an. 1522. Vtrumque legitur in Catalogo  
Doctorem &c. Consiliis Wittebergenfibus praemisso. Et quid  
plura? Sufficiant vel sola portentosa, quibus usus est, verba.  
Sub istis namque, portentosa non minus, dogmata occultari  
plerumque solent. Collegit eadem Erasmus Alberus, qui istis  
vixit temporibus, & quod ipse fatetur, inter Carolo stadium ali-  
quando affectas fuit. Sunt autem sequentis tenoris: *In der Ent-*  
*gröbung, in der Langeweile, in der Verwunderung, in der Studirung,*  
*in der Besprechung, Indrückung Göttlicher Erkänntnis, in der äussersten*  
*Gegensetzen, in der Stadt der Seelen, brünstig Erkänntnis, brünstiger*  
*Hutze, brünstig Gedächtnis, bitzig Gedächtnis, bitzig Erkänntnis, bi-*  
*itziglich Begier, Gestracks, mit angestreckter Lust, stracke Wahrheit, ge-*  
*stracke Rede, gestrackt Wort, witziglich Ermessen, gestrenger Ernst, ein*  
*gestreng und danckbahr Gedächtnis. Erkänntnis des Leibes Christi.*  
*Empfindlicher Geschmack des Leydens Christi, Gebelen, den Geist be-*  
*len, bürniger Wahn, Geistgelehrter, apostelmaessig, Schriffweisen, sieben*  
*Besprengung, gebrüfft Creutz, schriftlicher Zusage, belüsten aufsgesog-*  
*sen Leben. Zufluss Göttlicher Barmhertzigkeit. Wir sollen in der Bit-*  
*terkeit unsers Lebens stehen, wenn wir des HERRN Brodt essen.* Quis  
non hic facile fanaticum agnoscit? Talia enim Fanaticis esse  
in usu patet vel ex Munzeri, ad Comites, Epistola, in qua  
nonnulla horum reperiuntur. Aliquando tamen visus fuit  
C 2 tur-